
 MEROE, NILI INSULA.

Meroe hodie appellatur Guengare, Amara, Nabe, quam Nilus duobus brachiis complectitur Abissini putant. Reginam Sabæ in hac Insula olim regnasse,

ABISSINORUM REGNUM.

Hi parent regi, qui vulgò Prete Johann; Priester Johann, vocatur. Ejus regnum olim fuit amplissimum: hodie versus ortum extenditur à portis Rubri maris usque ad Suaquam: versus occasum juxta Nilum montes sunt auriferi, quos incolunt Damudii & Sinassii Abissinorum regi tributarii. Versus Septentrionem extenditur in mare arabus, usque ad regnum Adel, ejus caput Adar.

Habet igitur illud regnum in circumferentia sua 672. milliaria magna, plus minus: Irrigatur duobus fluminibus, Ptolomæo Astabore & Astapo, incolis Abagnii